



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Benedictio Candelarum extra diem Purificationis B. M. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi Serpentis procul pellatur, & præsentia sancti Spiritus nobis, misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum &c. in unitate ejusdem Spiritus sancti &c.

Post benedictionem aquæ, Sacerdos Dominicis diebus, antequam incipiat Missam, aspergit Altare, deinde se, & ministros, ac populum; prout in Missali præscribitur.

Postea Christi fideles possunt de ipsa aqua benedicta in vasculis suis accipere, & secum deferre, ad aspergendos ægros, domos, agros, vineas, & alia; & ad eam habendam in cubiculis suis, ut eâ quotidie & sæpius aspergi possint.

*Benedictio Candelarum extra diem Purificationis
Beate Mariae Virginis.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.
Oremus.

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi; benedic ✠ candelas istas supplicationibus nostris; infunde eis, Domine, per virtutem sanctæ Crucis ✠, benedictionem cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionem signaculo sanctæ Crucis ✠ accipiant, ut, quibuscumque locis accensæ sive positæ fuerint,

disce-

discedant principes tenebrarum, & contremiscant & fugiant pavidī, cum omnibus ministris suis, ab habitationibus illis, nec præsumant amplius inquietare aut molestare fervientes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. *Resp.* Amen. *Postea aspergantur aquâ benedictâ.*

Benedictio annuli Sponsalitii.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Domine, exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Benedic ✠, Domine, annulum hunc, quem nos in tuo nomine benedicimus ✠, ut, qui (quæ) eum gestaverit, fidelitatem integram suo Sponso (suæ Sponsæ) tenens, in pace & voluntate tua permaneat, atque in mutua charitate semper vivat. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Deinde Sacerdos aspergat annulum aquâ benedictâ, in modum Crucis.

Quod si vero annuli utriusque Sponsi simul benedicendi sunt, Oratio seu Collecta dicitur numero plurali, hoc modo :